

videret? Nec enim placuit summo illi optimoque Architecto, Creaturas suas ab omni impuritate ac superfluenta defæcataς ocioso homini obijcere, sed aliquid ingenio eius ac industriæ relinquere voluit, in quo, vt & aliis rebus compluribus Creatorem suum & agnosceret & imitaretur, vtique post calamitosam protoplastarum ruinam, ubi

*Nucleum esse qui vult, nucem frangat oportet,*  
ipsaque putamina, membranas, in uolucra excrementaque abiiciat. Intellexerunt hoc mature, primisque adeo seculis, viri præstantissimi, quos singularis diuinæ gratiæ aura afflauit, quorum exempla ab ultima usque Antiquitate ad nostra tempora repetita apud sinceros operum Dei indagatores in memoria sunt, immo in Veneratione. Nec omnes è vulgo, (vt Coqui & Seplesiarii fabulantur) cum & Reges ac viri Principes & Philosophi ac sapientes omni exceptione maiores, inter eos, in quibus admirandam sapientia cum opibus ac potentia fecit mixturam, & quorum nomina adeo clara, lucubrations autem tam solidæ, vt nec ætatis carie in situmque, nec scombros aut blattas metuere habent. Hos auctores (qui autem sint nouerunt Initiati)